

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3482

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Ouen-l'Aumône, Notre-Dame-La-Royale ou Maubuisson (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1246, décembre

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, donne à l'abbaye cistercienne de Notre-Dame-La-Royale, fondée par la reine Blanche, et aux religieuses de cette abbaye, les revenus des terres dans les forêts royales d'Évreux, de Breteuil et dans les essarts d'Athis.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 462, p. 76-77.

b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862, p. 192-193.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ludovicus, Dei gracia, Francorum Rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod nos pro anima nostra et pro anima inclite recordationis Ludovici regis, genitoris nostri quondam, et pro anima karissime domine et matris nostre Blanche regine, et pro animabus predecessorum nostrorum, abbatie beate Marie Regalis juxta Pontisaram, Cisterciensis ordinis, quam fundavit karissima domina et mater nostra Blanca illustris regina, et monialibus ibidem Deo servientibus, damus et concedimus in puram et perpetuam elemosinam redditus terrarum, que de mandato nostro tradite sunt colonis in forestis nostris Ebroyensi, Britolii et in essartis de Atyes : videlicet, in foresta Ebroyensi tradite sunt ad colendum sex centum viginti due acre et dimidia, et quatuordecim pertice pro centum viginti libris quatuordecim solidis et novem denariis turonensibus. Item in foresta Britolii, in Longa Mara, tradite sunt octingente sex acre et quadraginta tres pertice, computatis in his quinque acris traditis Johanni dicto Priori, de quibus nichil redditur, quelibet acra pro quatuor solidis. Summa denariorum : centum sexaginta duodecim libre et quinque solidi turonensium. Item in eadem foresta Britolii in cursu Sancti Nicolai, tradite sunt centum duodecim acre et dimidia, quelibet acra pro quatuor solidis turonensium. Summa denariorum : viginti duo libre et decem solidi turonensium. Item in eadem foresta juxta nostrum molendinum novum tradite sunt tringinta septem acre pro centum undecim solidis turonensium. Item in dicta foresta tradite sunt viginti septem acre una virgata, quelibet acra pro tribus solidis turonensium. Summa denariorum : decem octo libre octo solidi et duo denarii turonenses. Item in essartis de Atyes tradite sunt centum sexaginta quinque acre tam terre quam pratorum pro triginta tribus libris turonensium. Item in foresta Britolii tradite sunt quatuor acre pro viginti solidis turonensium. Item in essartis de Atyes una acra prati pro duodecim solidis turonensium. Item in venda Deserti tradite sunt sexaginta quinque acre quelibet acra pro quatuor solidis

turonensium, summa denariorum : tredecim libre turonensium. Item in eadem foresta ad Quercum, sexaginta acre tradite sunt, quilibet acra pro quatuor solidis turonensium. Summa denariorum : duodecim libre turonensium. Summa omnium aclarum supradictarum, tam in foresta Ebroyensi quam in foresta Britolii et in essartis de Atyes : duo milia sexaginta acre dimidia acra et decem septem pertice. Summa denariorum supradictorum : quadraginta libre et undecim denarii turonenses. Nos igitur omnes redditus terrarum omnium predictarum damus et concedimus in puram et perpetuam elemosinam dicte abbacie beate Marie Regalis et monialibus ibidem Deo servientibus, salvo jure alieno. nichil nobis et nostris successoribus retinentes, nisi justitiam corporum hominum et membrorum. Item volumus et mandamus quod omnes illi homines et heredes ipsorum, qui habent vel habebunt in posterum terras superius memoratas, solutionem reddituum faciant annuatim ad duos terminos, videlicet : ad octabas pasche et ad octobas sancti Remigii aliam medietatem. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere, inferius annotato, fecimus communiri. Actum Parisius anno Incarnationis Dominice M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>, mense Decembri, regni vero nostri anno vicesimo, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo ; signum Johannis camerarii ; signum Stephani buticularii ; constabulario nullo. Data, vacante cancellaria.